

Sammelband
an die

1161.

+ +

- 7 10.) Ff. de crimine lese Majestatis
11.) Ff. de damnalibus extra matrimonium cohabitatione
12.) Ff. de eode hominis
13.) Ff. de incendiis vi publica et crimine falsi
14.) Ff. de crimine repetundarum ff.
15.) Ff. de iudicio criminali
16.) Ff. de assessoribus iudicii Ca.
17.) Ff. de procuratoribus et advocatis Jud. Crim.

Josephus Maria

Anterioria
 2. de ratificatione eorum iure
 de gowru et graduatione cre-
 ditorum
 3. de purgatione canonica
 4. de auxilio restitut. in interu sexui
 foemineo et iure bonorum et Saxon.
 pretente
 5. de iure peculiarium filiorumfam.
 6. de bono revocabili
 7. de pacto archiepiscoporum
 8. disputat. ad g. imp. theod. 23
 in p. 15. C. de falsis pro parte
 9. Collegium Criminale
 19. De inquisitione Crim.
 20. de transmissione actorum
 21. de coarctatione uisus et abusu
 22. de iuramentis
 23. de pacto retrovenditionis
 24. de usufructibus
 25. de locutionibus
 26. de immutabilitate et mu-
 tabilit. iuris
 27. de iudic. iuris dom. p. in g. de
 emptionis p. de p. de rei embe-
 ante tradit. embe. facit
 28. de sedam. p. mancipati-
 onem facto
 29. de sedamenti p. ditione passiva
 ecclesie indultu
 30. de possessione
 31. descriptiones censuales

Præses
 Cass. Fieglery
 Wils. Zyberg
 Joas. Kerger
 W. Theod. Martini
 M. Frid. Lederer
 G. Frid. Kerger
 M. Frid. Lederer
 Godfr. Guery
 Wern. Theod. Martini
 idem
 idem
 idem
 Joas. Kerger
 Wils. Zyberg
 idem
 Cass. Fieglery
 Wils. Zyberg
 idem
 Joas. Kerger
 idem
 Georg. Melid. Thilo
 Cass. Fieglery
 Wils. Zyberg

Rep.
 Aug. Lohr.
 Balb. Benj. Jünig.
 Franc. Henr. Hülbid.
 Adam. G. Jacobi
 Jo. Joas. Kerger
 Franc. Wika. G. G. G.
 Godfr. Beringery.
 idem
 idem
 idem
 idem
 Godfr. Guery
 Wern. Theod. Martini
 idem
 idem
 idem
 idem
 Joas. Kerger
 Wils. Zyberg
 idem
 Cass. Fieglery
 Wils. Zyberg
 idem
 Joas. Kerger
 idem
 Georg. Melid. Thilo
 Cass. Fieglery
 Wils. Zyberg
 Paul. Conrad. Mithernig

32.	de iure feriarum	Mid. Frid. Lederer	Herr. Gerd. Hoffm.
33.	de ortu & progressu juris dicitur	W. Theod. Martini	Wolfr. Christyng
34.	de sequestro	idem	W. Christ. Radewall
35.	de iure quinquennialium	M. Frid. Lederer	W. Herr. Eyer
36.	de vicariis Rom. Sem. Inj.	J. Paul. Noyes	Mid. P. P. P.
37.	de fructibus	M. Frid. Lederer	Jo. Siegm. Commend.
38.	de iure mercatorum	J. Paul. Noyes	Cap. Arnold Gruniger
39.	de rege Romanorum	Christoph. Wittor	Jo. Paul. Wittor
40.	utrum quis sibi violentas manus inferre possit?	Godofr. Schupp	David Gottlob Gabeler
41.	de conditione causa data, causa non secuta	idem	Aug. Gausig Wittor
42.	de Notariis eorum instrum.	idem	Job. Georg. Wittor



16
Q. D. B. V.
COLLEGII CRIMINALIS PUBLICI
DISSERTATIO OCTAVA

De
**JUDICE CRIMI
NALI, EJUSQ; NECESSITATE,
CONSTITUTIONE, COMPETENTIA,
JURISDICTIONE, QUALITATIBUS ET
SUSPECTI RECUSATIONE,**

Quam
Consensu Magnifici ac Nobilissimi Jctorum Ordinis,
PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO, AMPLISSIMO
atq; EXCELLENTISSIMO

DN. WERNERO THEODORO MARTINI,
Jcto & Antecessore in hac alma Leucorea Celeberrimo,
Potentissimi ac Serenissimi Electoris Saxonæ Consiliario
Splendidissimo, Curia Electoralis, Consistorii Ecelesiastici,
Nec non Judicii Ducalis quod in inferioris Lusatia
Marchionatu est, Assessore Gravissimo,


DN Patrono, Praeceptore studiorumq; suorum Promotore
obsequiosissimo honoris cultu atatem prosequendo de venerando
Publicæ Eruditorum sistit collationi

CHRISTIANUS HARTMANNUS LEDERERUS,
Witteberg. Saxo.

In Auditorio Juris Consultorum,

Ad diem VIII. August.

Wittebergæ, LITERIS WENDIANIS, 1668.



DISSENT TO CIVIL SERVICE
HIDIOGRAPHY
THE NARRATIVE OF THE
OF THE
CHRISTIANITY
BY
THE
OF THE
OF THE





Q. D. B. V.

DISSERTATIO CRIMINALIS OCTAVA

De

JUDICE CRIMINALI

EJUSQ; NECESSITATE, CONSTITUTIONE, HABILITATE, COMPETENTIA, JURISDICTIONE, QUALITATIBUS & SUSPECTI RECUSATIONE.

RESPONDENTE

CHRISTIANO HARTMANNO LEDERERO, Witteb. Saxo.

CAPUT PRIMUM.

De JUDICE in CAUSIS CRIMINALIBUS, ejus Definitione, nec non summa in Rep. Christiana necessitate & utilitate.

SUMMARIA.

- | | |
|---|--|
| 1. Continuatio operis & Connexio cum precedentibus. | 5. Judicis tamen persona nec in inquisitorio abesse potest. |
| 2. Judex & Litigatores Principales sunt Persona Judicii ordinarii, sine quibus illud nullum est & non subsistit. | 6. Judex sensu Grammaticorum à Jus dicendo, Jctorum verò à judicando appellatur. |
| 3. Quando vel reus vel actor praesens fingitur, non est fictio personae, sed praesentia. | 7. Judicis descriptiones aliquot, in specie verò Criminalis. |
| 4. Inprimis necessariae sunt illae tres personae Principales: Accusator, Reus & Judex in Processu saltem ordinario, non etiam inquisitorio. | 8. Quatuor hujus Dissertationis capita recensentur. |
| | 9. Ut mundus Sole, ita Resp. Judice & benè constitutò judicis carere nequit. |
| | 10. Judiciorum & judicum origo ex jure divinò & naturali est. |

Rrr

11. Pri-

11. Primus omnium Judex ipse Deus fuit, post lapsum Protoplastorum judicium solenne exercens inter Adamum & Evam.
12. Judicia in populo Israëlitico jussu Dei bene ordinata fuerunt per Moysen, Deut. 1. v. 11.
13. Qui vicē Dei in his terris gerit & Summus Judex est decidendis controversiis forensibus, solus ut plurimum impar est, & ideo ab eo exemplo Moysi in partem consilii & administrationis alii vocandi sunt Judices ad decidendas lites tam civiles, quam criminales.
14. Consilium hanc in re saluber-
rimum & lectu dignum Jetro,
quod habetur Exod. 18. v. 13.
15. Et ipse Imp. Justinianus Reip. administrationem Jctis committendam esse docet.
16. Nec in N. T. Judices & Magistratus, ut Heretici & Anabaptista somniant, esse abrogatos, præsertim Criminales, & exemplō Christi, illiusq; doctrinā & aliis locis fœderis novi probatur & evincitur.
17. Judices criminales, qui gladii habent potestatem in facinorosos, qualis potestas in jure civili Romano dicitur Merum Imperium, expressè approbatur a Paulo ad Roman. 13.
18. Judices, & quæ per illos in his terris in Judiciis bene constitutis sit justitiæ administratio, adeò in U. T. Deo cordis fuerunt, ut certas leges Judicibus tanquam normas & regulas præscripserit.
19. Leges, quibus in criminibus atrocioribus e. g. homicidii, adulterii Sodomie, & aliis, sanguinis pœna irrogari à Deo jubetur, nec à Christo in N. T. unà cum Ceremonialibus vel forensibus abrogatæ censentur.
20. Jus gladii & criminum vindictam Privatis, non Magistratui interdixit Christus.

V Idimus præcedenti Dissertatione de Judicio Criminali Ordinario in genere, in specie verò de Personis Accusatoris & Rei, nec non aliis requisitis legitimæ Accusationis, quum verò tertia & Principalis Persona, quæ ipsi judicio & præsit, & processum moderetur, necessario ab accusatore in partes sit vocanda: quæ accusationem

sationem admittat, Reum audiat, exceptiones & probationes ponderet, testes examinet, tandemq; auctoritate & legali suâ prudentiâ liti quoq; Criminali sententiam ferendo finem imponat & Reum vel absolvat, vel condemnet, sententiam, executioni dandam jubeat, Præsenti dissertatione de JUDICE dispiciendum erit criminali, ejusq; Qualitatibus & Officiis. Est nempe JUDEX in primis inter illas personas, quæ dicuntur 2. Judicii principales, quæ illæ sunt, sine quibus judicium subsistere nequit: vel quæ, si non sint, judicium nullum est, uti sunt Litigatores & Judex. *c. forus X. d. V. S. l. inter litigantes 62. ff. de judic.* quamvis enim interdum unus vel alter litigatorum abest à judicio, & absens fingitur præsens, hæc tamen non fictio personæ est, sed fictio præsentiæ, ut rectè dicit *Vultejus 3. tractat. de Judiciis lib. 1. cap. 4.* Suppleri enim potest vel per judicem, vel personam accessoriam: Et sciendum est, imprimis has tres principales personas necessarias esse in processu ordinario, qui cum inquisitorio nullatenus est confundendus. 4. Aliud est enim inquirere ex officio von Amtes wegen / & præparatoria judicii facere, si vel de delicto non constet, vel de auctore, aliud autem judicium criminale revera exercere inter litigatores. *Vultejus ibid.* Quamvis quod judicis personam spectat, sine illa nullum judicium subsistere queat, sive ordinarium & accusatorium, sive extraordinarium & inquisitorium. Nolumus autem hîc anxie inquirere in subtilitates Grammaticorum, num Judex rectius à jus dicendo vel judicando appelletur, quum subtilis videatur differentia inter jus dicere & judicare, quod Judex non jus dicat, ut Magistratus, sed jus dictum explicet, declaret, & facto, de quo quaestio est, applicet quamvis sit etiam jure civili fundata. *Dionys. Gothofred. in notis ad l. 1. ff. de jurid. Vultejus d. tract. lib. 1. c. 4. n. 10.* qui hanc Judicis veram appellationem dicit, quæ sumatur à judicando, sed missâ vocis appellatione, magis ad rem ipsam progredimur, & rei ipsius descriptionem. Est ergò 7. *Judex persona publica, quæ judicio præ est, illudq; moderatur, coram quo Reus vel ex civili vel criminali causa convenitur, & pro*

qualitate rei vel ordinariè vel summarie causam ventilat tandemque sinem controversis suâ sententiâ imponit. Wesenb. in w. 291. tit. de Judiciis. Brevius, quamvis obscurius, Vultrejus judicem vocat personam, quæ præest Judiciis inter litigantes medium agens, id est, secans utrumq;. Alii aliter: Nos putamus ex data nostra descriptione, quid judex sit, vel civilis, vel criminalis facile intelligi: describimus tamen Judicem in specie criminalem hoc modo: quod sit: *Persona publica, quæ judicio criminali præest, & coram quo Reus ex criminali causa convenitur, cujus est pro qualitate delicti processum criminalem dirigere & tandem sententiam ferre,* vel etiam deficiente accusatore illius partes supplere & ex officio in delicta inquirere. Consideranda nunc veniunt in primis circa Judicem sequentia 1. Num necessariò in benè constituta Rep. Christiana Judices tam in civilibus, quam criminalibus causis esse & constitui debeant, & numne sit contra Christianum amorem de sanguine & capite sententiam ferre. 2. Quis Judicem dare & constituere possit. 3. Quis officio Judicis fungi, præsertim in criminalibus causis possit vel prohibeatur. 4. In quibus officium Judicis potissimum consistat. Quæ ita semper ventilabimus, ut accommodentur semper ad causam criminalem. Quod jam primo loco Constitutionem attinet Judicum & Judiciorum, illa in benè constituta Rep. summè est necessaria, ut quemadmodum mundus sole, ita Resp. eo, qui Justitiæ præest, sine maximo detrimento destitui non possit: & si judicia è Republ. solem è mundo sustulisse videaris. Hinc originem Judiciorum & judicum rectè Maranta in *speculo aureo part. 1. n. 132.* & *Monachus in practica Judiciaria p. 1. n. 1.* ex Jure naturali deducunt & divino. A lapsu enim Protoplastorum nostrorum videmus inter Adamum & Evam primum judicium instituisse ipsam divinam Majestatem, Adamum in judicium vocando, tanquam transgressorem divinæ legis accusando, exceptiones & defensiones illius, quibus culpam in Evam transferre conabatur, audiendo, & tandem ut confessum & convictum, unâ cum reatus & peccati socia, condemnando.

Quæ

Qui processus videri potest *Gen. 3. vers. 8. & seqq.* Judicia verò 12.
 ab ipso Deo instituta & benè ordinata fuisse in populo Israë-
 litico & V. T. variis locis deprehendere licet. Et Judicium in
 Republ. summam necessitatem indicavit Moses ex consilio
 Jethro: *Deuteron. 1. vers. 11. 12. & seqq.* his verbis: Wie kan
 ich alleine solche Mühe und Last / und Hadder von euch ertragen /
 Schaffet her weise verständige Leute unter euren Stämmen / die
 will ich über euch zu Häuptern setzen: Da antwortet ihr mir / Das
 ist ein gut Ding / davon du sagest / daß du es thun wilt. Da nahm ich
 die Häupter eurer Stämme / weise und erfahrene Männer / und setzte
 sie über euch zu Häuptern /c. Und gebot euren Richtern zur selben
 Zeit / und sprach: Verhöret eure Brüder / und richtet recht zwischen
 jederman / und seinem Bruder und dem Fremdlinge. Keine Per-
 son solt ihr im Gericht ansehen / sondern solt den Kleinen hören / wie
 den Grossen / und für niemands Person euch scheuen / denn NB.
 Das Gericht ist Gottes. Ex quo loco illud colligere
 licet, quod ille, qui vicem Dei in his terris gerit & summæ 13.
 Reip. præest vel ut Politici loquuntur: qui Majestatem habet
 & superiorem non recognoscit, qualis erat Moses in Rep.
 Israëlita, solus non sufficiat & regno & imperio, nec diju-
 dicandis & finiendis controversiis & litibus, quæ cum semine
 peccati inter mortales à primorum Parentum lapsu longè
 lateq; diffusæ & disseminatæ sunt, sed in partem consilii ad-
 sciscere alios debeat: Viros prudentes, sapientes, & incul-
 paræ vitæ. Elegantissima hæc in re sunt verba optimi Con-
 siliarii Jethro, quæ non puto indigna esse nostra intentione:
 quæ habentur *Exod. 18. vers. 13. & seqq.* Und Moses setzte sich 14.
 das Volck zu richten / und das Volck stund umb Mose her von Mor-
 gen an bis zu Abend / da aber sein Schwäher sahe alles / was er mit
 dem Volck thate / sprach er / was ist das du thust / warumb sitzest du
 allein /c. Moses antwortet ihm: Das Volck kömpt zu mir / und
 fragen Gott umb Rath / denn wo sie was zu schaffen haben / kommen
 sie zu mir / daß ich richte zwischen einem jeglichen und seinem Näch-
 sten / und zeige ihnen Gottes Rechte und Gesetze. Sein Schwäher
 sprach zu ihm: Du machest dich zu müde / darzu das Volck auch /

Nrr 3

Das

Das Geschäft ist zu schwer/du kanst alleine nicht aufrichten. Aber
 gehorche meiner Stimme/ich will dir rathen/und Gott wird mit
 dir seyn/pflege du des Volcks für Gott/und bringe das Geschäft
 für Gott/und stelle ihnen Rechte und Gesetze/das du sie lehrest den
 Weg/darinnen sie wandeln/und die Werck/die sie thun sollen. Siehe
 dich umb unter allen Volk/nach NB. redlichen Leuten/die
 Gott fürchten/warhaftig und dem Geiz feind seyn/
 die setze über sie/etliche über Tausend/über Hundert/2c. das sie das
 Volk allezeit richten. Wo aber eine grosse Sache ist/das sie die
 selbe an dich bringen/und sie alle geringe Sachen richten. So wird
 dir leichter werden/und sie werden mit dir tragen. Wirstu das
 thun/so kanst du aufrichten was dir Gott gebeut/und alle diß Volk
 kan mit Frieden an seinen Orth kommen. Moses gehorchte seines
 Schwähers Wort/und that was er saget/2c. Et hoc ipsum, quod
 Reges & Principes vel alii, qui clavum Reip. tenent, alios
 15. quoq; Prudentes Viros in societatem laboris & administra-
 tionis Justitiæ admittere debeant, innuit etiam gloriosis-
 simus Imperator Justinianus in *Præfat. ad Instit.* his verbis:
Summâ itaq; ope & alacri studio has leges nostras accipite, & vos-
metipfos sic eruditos ostendite, ut spes vos pulcherrima foveat, toto
legitimo opere perfecto, posse etiam nostram Remp. in partibus ejus
vobis credendis gubernari. Nec verò in Novo Testamento Ma-
 16. gistratum & benè ordinata judicia à Christo ipso abrogata
 esse cum Anabaptistis & aliis hæreticis credendum est, Im-
 perium enim in subditos confirmavit & approbavit eo ipso
 ubi Judæis mandavit, ut æque Cæsari dent, quæ Cæsaris,
 uti Deo, quæ Dei. Quin immo ipsa Salvatoris passio satis
 demonstrat, & Judices quoq; Criminales & judicia fuisse ce-
 lebrata, quamvis illis insigniter fuerint abusi. Notabilia sunt
 Christi verba ad Pilatum: Du hättest keine Macht über mir/
 wäre sie dir nicht von oben herab gegeben. Et magistratum esse
 à Deo expressius indicat Paulus: Es ist keine Obrigkeit dann
 von Gott. Quin immò judices criminales Paulus non saltem
 17. approbat, sed usum gladii expressè permittit ad puniendos
 facinorosos *Roman. 13.* hujus verba aurea non pigebit huc
 adscri-

adscribere: Jederman sey unterthan der Obrigkeit / die Gewalt über ihn hat / denn es ist keine Obrigkeit ohne von Gott / wo aber Obrigkeit ist / die ist von Gott geordnet / wer sich nun wieder die Obrigkeit setzet / der widerstrebet Gottes Ordnung. Et versiculò tertio: Wiltu dich nicht fürchten für der Obrigkeit / so thue gutes / denn sie ist Gottes Dienerin dir zu gut. Thust du aber böses / so fürchte dich / denn sie trägt das Schwerdt nicht umbsonst / sie ist Gottes Dienerin / eine Richterin / zur Straffe / über den / der böses thut / 10. Quæ cum ita se habeant, de necessitate 18. & utilitate constituendi iudices in Rep. non amplius dubitare licet. Quod Deo adeo cordi fuisse patet in Vet. Test. ut ad feliciorum Reip. & Justitiæ administrationem per Mosen certas LL. tanquam regulas vitæ in Decalogo, immo leges quoq; forenses in iudicio ordinando aptas præscripserit, præter illas leges, quibus sacrum cultum dirigi voluit, quas vocant ceremoniales. Quæ LL. ut saluberrima Reip. fulcra passim & longâ seriè recensentur in libris Mosis posterioribus Levit. Deuter. & Numeri. Ex quibus videre licet, Deum 19. non saltem in civilibus causis, sed & in criminalibus iudices constituere, & illis leges, secundum quas iudicarent, præscribere voluisse. Quas LL. sanè non omnes uti ceremoniales cum Rep. Judæorum interiisse putandum est. Pœna enim homicidii dolosi, adulterii & aliorum criminum atrociorum malè in Novo Testamento abrogata una cum omni iudicii criminalis apparatu ab hæreticis asseritur, quum Christus privam vindictam & usum gladii Privatis ut Petro, non Magistratui interdixit. De qua quaestione circa accusationem in præcedenti Dissertatione à nobis dictum est. Consuli hæc de re pluribus potest. Gerhardus Theologorum Princeps in Loc. Theol. ad tit. de Magistratu Politico. Adde Mengerling. in Scrutinio Conscientiæ ad 5. præcept. quaest. 92. & seqq.

CAP.

CAPUT II.

DE PERSONIS, QUÆ JUDICES dare
possunt, & variis Judicum & Magistratum
constituendorum modis.

SUMMARI A.

1. Jactò fundamento hoc, quod in Rep. Christiana omnino Judices esse debeant, qui inter Cives lites tam Civiles, quam Criminales dirimant, modos constituendorum Judicum & Personas, quæ Judices dare possint, ponderare necesse est.
2. In Veteri Testamento Magistratus & Judices immediatè à Deo vocatos esse, probatur exemplo Mosis, Josua, Gideonis, Saulis; Davidis & aliorum Ducum & Judicum.
3. Felicissima omnino reputanda est Israëlitarum Resp. ex eo tempore, quò à Deo immediatè & Magistratus & Judices accepit prudentissimos, & LL. è thesauro cœlestis Sapientia.
4. Extra populum Israëliticum Magistratus & Judices jure Gentium magis quam divino introducti censentur.
5. Exigentibus humanis necessitatibus Magistratus & Judices constituti, ne imbecilliores potentioribus opprimerentur, & ut aequalitatis conservanda gratiâ nemini in re propria juris dicendi licentia daretur.
6. Jure Civili pro violento actû habetur si quis id, quod sibi deberi putat, non per Judicem reposcit, sive debitum sit civiliter promittendo ex contractu, sive delinquendo ex delicto Contractum.
7. Uti varia sunt species Judicum & Magistratum, ita non una eademq; sed diversa eorundem constitutio.
8. 9. Jure quoq; divino alii deprehenduntur Judices Superiores ad exemplum Mosis, Summi Appellationum Judicii Præsidis, alii inferiores, qui à Superiore electi ad causas leviores decidendas, quem admodum Superior ex solo Dei pendeat nutu.
10. Cessante immediatè Judicum & Magistratum vocatione divinâ cujusq; Regni & Reip. LL. & consuetudines attendenda sunt.

11. In Rep. Romana varia fuerunt Magistratum genera pro diversitate Reip. ejusq; status.
12. Jure Civili Romano alius Magistratus est, alius Judex.
13. Perpetua tamen hæc non est differentia præsertim juribus & moribus nostris.
14. Mutatâ pristinâ Reip. Romanæ formâ, longe alia quoq; est facies modernorum Judicum & Magistratum.
15. 16. Quamvis alii & hodiè Judices majorem, alii minorem habeant Juris dicendi potestatem. & alii extraordinarii, alii ordinarii dicantur, non tamen nostri per omnia conveniunt Judices & Magistratus cum Romanis.
17. Aliam judicandi potestatem Ecclesiasticus, aliam secularis, aliâ Civilis, aliâ Criminalis, aliam Superior, aliam inferior exercet.
17. Quinam jure Civ. Romano Judices dare potuerint.
19. Moribus Germaniæ tanta non apparet difficultas in dandis Judicibus.
20. In regnis & provinciis suis Superiorem non recognoscentes summum dicuntur Judicem & Magistratum locum obtinere.
21. Qualis est serenissimus noster Elector in Electoratu suo Saxonie Die hohe Chur-Justiz Landes-Obrigkeit qui jus summi Judicis gratiâ Dei exercet. von Gottes Gnaden.
22. Cum supremus Judex solus dijudicandis litibus & controversiis subditorum haud sufficiat in consilium & partem administrationis alios vocat mediatos Judices.
23. 24. 25. 26. 27. In Electoratu Saxonie Serenissimus Elector Jurisdictionem exercet suo nomine in Senatu Aulico, supremo Appellationum Judici, Curis Provincialibus, Consistoriis Ecclesiasticis & Præfecturis.
28. Senatores & Consilarii in supremis Judiciis merito pro Magistratibus habentur majorib.
29. A Sereniss. quoq; Electore Vasalli sive Schriftsassi, sive Amtsassi, nec non Civitates Municipales omnem habent Jurisdictionem nec non aliæ universitates.
30. Extraordinarii & delegati Judices non proprio, sed alieno nomine exercent Jurisdictionem.

Sss

Hoc

1. **H**oc ergo fundamento, quod in benè formata Rep Judi-
ces & Magistratus esse debeant, qui tam lites civiles,
quam criminales inter litigantes dirimant, bonosq; præmiis,
& malos pænis afficiant, vel generaliter æqualem justitiam
administrent, præsupposito jam 2. de modis, quibus Judices
vel à quibus personis constitui & eligi possint, dispiciendum
est. Recurrimus iterum ad fontem omnium judiciorum & Ju-
dicum vel Magistratum, prout sacris litteris depingitur.
2. Immediate in V. T. Magistratus & Judices, nec non Reges
& Principes à Deo vocatos esse, quamplurima testantur exem-
pla: Imprimis Moïsis, Viri cordi divino dilectissimi, cujus
vocatio uti mirabilis & extraordinaria, ita fere divina descri-
bitur *Exod. 3. & 4.* Josuæ cujus quoq; immediata vocatio à
Deo declaratur his verbis: *Josua 1. v. 1.* Mein Knecht Mose
ist gestorben / so mach dich nu auff *& v. 5.* Wie Ich mit Mose ge-
wesen bin / also wil Ich auch mit Dir seyn. Sey nur getrost und
sehr freudig / daß du haltest und thust alle Ding nach dem Gesetze /
das dir Mose mein Knecht gebotten hat. Weiche nicht davon
weder zur Rechten noch zur Linken / auff daß du weißlich handeln
mögest / das du thun solt. Und laß das Buch des Gesetzes nicht
von deinem Munde kommen / sondern betrachte es Tag und Nacht /
auff daß du thust und haltest alle ding / nach dem / das drinnen ge-
schrieben steht. Alsdenn wird gelingen in allen / das du thust / und
wirst weißlich handeln können. Siehe Ich habe dir gebothen /
das du getrost und freudig seyest / laß dir nicht grauen und entsetze
dich nicht denn der Herr dein Gott ist mit dir / in allen / daß du thun
wirst.

Alia immediatæ & divinæ vocationes Regum & Judicum
peti possunt ex libris Judicum & Regum. Ex his lectu digna
est vocatio Gideonis, *Judicum 6. vs. 10. & seqq.* Gehe hin in die-
ser deiner Krafft / du solt Israhel erlösen / Ich will mit dir seyn. No-
tabilis quoque est vocatio Saulis ejusque investitura & coro-
natio per Samuelem facta. *1. Reg. 9. & 10.* nec non Davidis *1.
Reg. 16.* O felicem Remp. cui ipse Deus Judicem dat & Magi-
stratum, qui non ex amore populi vel cœcō affectu, vel aliâ hu-
manâ

manâ ratione, sed prudentissimo eligitur divinæ Mejestatis
 consilio, & quæ non homines lubricæ mentis, sed ipsum Deum
 Consiliarium habet & Adjutorem. O florentissimum Reip.
 statum, cui LL. saluberrimæ non ex humano & debili fingun-
 tur cerebello, sed ipso cœlestis prudentiæ depromuntur the-
 sauro. Qua felicitate utinam omnibus Rebus publicis frui
 licuisset. Et licuisset sanè, nisi malitia hominum hâc felicitate
 se indignam præstitisset. Factum inde est, ut non jure divinô,^{4.}
 sed Gentium judicia & Magistratus introductos & constitu-
 tos communiter asseratur: Ita n. Hermogenianus l. 5. ff. d. l.
¶ I. Ex hoc jure gentium introducta bella, discretæ gentes, regna
condita, dominia distincta? Scil. exigentibus ita humanis neces-^{5.}
 sitatibus & judicia constituta, & Judices electi vel Magistratus
 Reges & Principes, vel per successionem Reges facti; quæ ta-
 men judicia pro cujusq; Reip. statu & conditione ex jure civ.
 & Canonico quo ad formam suam in certum ordinem fuerunt
 redacta, & judices pro cujuscunq; Reip. statu certi sunt or-
 dinati. *Natta Consil. 336. n. 2. & 99.* Et ne potentiores imbe-
 cilliores opprimerent penitus, in omni benè constituta
 Rep. pro iniquo fuit habitum, ut quis sibi ipsi jus dicendi li-
 centiam ad rogaret, sed ut æqualitatis conservandæ gratiâ Ju-
 dices & Magistratus essent, coram quibus quisq; id, quod sibi
 debetur, in judicio consequi possit. Elegantia hanc in rem
 adduci possunt verba l. 13. ff. quod met. caus. quæ Callistrati sunt
 ICTI. *Optimum est, si quas putas te habere petitiones, actionibus*^{6.}
experiaris, Cum enim Marcianus diceret, vim nullam feci. Cæsar
dixit: tu vim putas esse solum, si homines solum vulnerentur. Vis
& tunc est, quoties quid id, quod deberi sibi putat, non per judicem
reposcit. Adde t. c. C. ne quis in sua causa judicet. pr. Inst. d. action.
l. 14. C. de Judiciis l. si quis in tantam C. unde vi. quæ lex, quamvis
 de solis civilibus causis loquatur, ad criminales tamen opti-
 mè applicari potest, quod neq; in illis propriam vindictam
 exercere, sed judicem competentem adire necesse habeant illi,
 qui alios sibi ex delicto obligatos, vel ab aliis læsos existimant.
 Cum verò Judices non sint unius generis, sed alii (si latè & 7.

generaliter vocabulum judicis sumas) Superiores, alii inferiores, alii Ordinarii & qui proprio jure exercent Jurisdictionem, alii Extraordinarii & delegati, alii, qui Magistratum gerunt, vel potestatem habent & jurisdictionem, alii, qui solum notionem, non verò Magistratum habent. Alii perpetui, alii temporales, alii ad unam saltem causam dati, alii à partibus electi, ut arbitri & compromissarii, alii Judices principales, alii accessorii & secundarii, ut Adfessores: ita nec una eademq; est Judicum & uniformis constitutio. Et hæc diversum forum judicum diversa quoq; & varia ratio & constitutio manifesta quoque redditur ex sacris litteris & ipso antea à nobis allegato loco *Exod. 18.* ubi Moses supremi Appellationum Judicii præses summusq; Judex sibi gravissimas causas decidendas vel Deo proponendas reservavit: Inferioribus a. judicibus & Populi Israëliti Præfatis causas leviores dijudicandas & dirimendas commisit, in verbis: Wo aber eine grosse Sache ist / daß sie dieselbe an dich bringen / und sie alle geringe Sachen richten. Ubi & illud benè notandum, quod Supremus ille Judex Moses ab ipso Deo fuerit, ut supra dictum, electus & vocatus. Reliqui verò mediati à Mose ex optimis de populo Israëliti. Notabilia sunt verba: Siehe dich umb unter allen Volcke nach redlichen Leuten / die setze über sie / daß sie das Volck allezeit (ordinarii ut sint Judices) richten.

10. Verum enim verò quum jam unà cum regimine populi Israëliti hæc immediata Judicum & Magistratum creatio cesset, cujusq; Regni & Reipubl. in hac re mores, leges & consuetudines sunt attendendæ. In jure Romano civili varia genera Magistratum & Judicum deprehenduntur. *Ab Ulpiano in l. 83. ff. d. Judicibus.* Quinq; recensentur Romanorum judicum genera: 1. Magistratus ipse. 2. præditus potestate à Principe. 3. datus à Magistratu vel Principe. 4. Arbitrarius ex compromisso sumtus. 5. Confirmatus à lege. Justinianus Imperator verò paulo aliter. *l. Rem. non novam C. d. judic.* 1. ponit Majorem Magistratum id est Consulem, Prætorem. 2. Magistratum Minorem e. g. Quæstorem, Ædilem Curulem. 3. Judicem à Principe datum. 4. Arbitrum Compromissarium. 5. Arbitrum à

judice

judice datum. 6. Arbitrum consensu litigatorum electum.
 Antequam a. à Jure Romano recedamus monendum il-^{12.}
 lud est: Jure civili Judicem à Magistratu differre & sensu
 juris Romani latè & improprie saltem Magistratum Judicem
 appellari, quod Magistratus habeat potestatem vel imperium
 & Jurisdictionem, & quod ejus sit judices dare, sic Prætor ju-
 dicem dabat, unde judices appellabantur dati, speciales, pe-
 danei, qui neq; forum habebant, neq; jurisdictionem, sed
 simplicem causæ cognitionem *l. 46. ff. d. judiciis. l. 5. ff. d. off. 13.*
Præsid. t. t. C. d. pedan. judicib. l. 57. ff. d. re judicat. Verum hæc
 pressa loqvutio Juris Civilis pro parte ipso jure Civili non vi-
 detur observari perpetuò: *t. t. C. d. jurisd. omnium Judicum*
 multò minus moribus nostris & in foro pratico, quibus exi-
 gua restare videtur differentia inter Magistratum & Judicem,
 sed quem Judicem eundem sæpissimè Magistratum & vice
 versa & criminalis & civilis Juris Dd. vocare deprehendimus.
 Ad stipulatur nobis Matthias Stephani tract. de offic. judic.
 lib. 1. c. 2. n. 2. Quinam verò in specie de jure Romano potu-
 erint in criminalibus causis Judices esse dicemus infra cap. 4.
 ubi de competentia judicis agetur. Sed ut ad id, unde digressi
 sumus, revertamur, nempe ad variâ genera Magistratum
 & Judicum & variam quoq; eorundem constitutionem, sci-
 endum quod mutata veteri formâ Reip. Romanæ, facies lon-^{14.}
 gè alia sit Magistratum & Judicum in Imperio Romano Ger-
 manico & terris nostris. Quamvis enim in eo à Jure Romano^{15.}
 non videatur recessum, quod judices alii dentur & hodiè,
 qui habent jurisdictionem & Imperium, id est cognitionem
 causæ cum potestate coercendi, imperandi, exequendi, Alii,
 qui limitatam habent causæ cognitionem, & qui dati sunt à pri-
 oribus, *l. prætor ff. d. Tut. & Curat. l. 5. ff. de re judic. l. notio-
 nem ff. d. V. S.* seu ut cum foro nostro loquamur sunt alii, qui
 Bassam, alii, qui altam habent Jurisdictionem; Secundo
 etiam negari nequeat, quod uti de jure Romano alii Judi-
 ces dicuntur Ordinarii, qui jure Magistratus jus dicunt & ju-
 dicant. *l. 2. ff. si quis in jus vocat l. 5. ff. d. jurisd. l. 3. ff. d. postul.*
 & extra ordinarii, qui ex hominis voluntate potestatem judi-^{16.}
 candi

candi habent. *l. pen. ff. d. judic. ut Arbitr, Cōmissarij?* attamen ex
 cujusq; regionis legibus & observantiâ hæc distinctiones Judi-
 cum variæ sunt determinandæ, nec tales, quales Romani habue-
 runt Magistrat9 vel Judices in Rep. nostra hodiè deprehenduntur.
 Et prout varii sunt, ita nec æqualem habent Jurisdictionem,
 nec unô modô constituuntur. ^{17.} Aliam enim potestatem, Ju-
 dex Ecclesiasticus, aliam Secularis, aliam Judex Ordinarius,
 aliam Extraordinarius, aliam Judex Feudalis, aliam Civilis,
 aliam Criminalis, aliam Judex Appellationum & Superior,
 aliam Judex primæ instantiæ & inferior exercet jurisdic-
 tionem, & judicandi potestatem, quisq; vel pro summo jure &
 Superioritate in Rep. quam habent Imperator, Reges, Princi-
 pes, Episcopi, Abbates, Duces &c. Civitates Liberae, &c. vel
 secundum normam à legibus sibi vel hominibus præscriptam.
 Et tantum de variis generibus Judicum & Magistratum. Ut
^{18.} autem propius ad rem accedamus & potestatem dandi Ju-
 dices. Quæritur quinam possint Judices dare? Si cum Jure
 Romano loquimur, Judicem ille dare potest, cui vel lege,
 vel Constitutione, vel SCo, vel consuetudine id concessum,
 & ita omnis, qui jurisdictionem habebat & Magistratum sive
 Provinciale, sive in urbe dabat Judices, immò & illi, qui-
 bus mandata erat Jurisdictio *l. 12. §. 1. ff. de judic. l. 3. ff. de*
jurisdic. Solis nempe privatis erat interdicta constituendi
 Judicis potestas. *l. 1. §. 2. ff. de jud. l. 3. C. de jurisd.* quum juris-
 dictionem non habeant. Sed hæc non videntur esse sine dif-
^{19.} ficultate, moribus nostris res hæc clarior & expeditior vide-
 tur, sublatâ enim subtili distinctione inter Magistratum &
 Judicem. Moribus & Juribus Germaniæ Judices hoc modo
^{20.} & ordine constituuntur. 1. Omnes qui vel per Electionem,
 vel Successionem ad Imperii Culmen perveniunt, vel qui Su-
 periorem in Provinciis & territoriis suis non recognoscunt,
 Supremam habentes jurisdictionem ipso jure Supremum
 Magistratum & Judicem Summum repræsentant. Qui, quam-
 vis non immediatè à Deo sunt ad Imperium vocati, uti de
 Mose & aliis populi Israëlitici Ducibus & Judicibus diximus,
 mediatè

POSSUNT, & VARIIS JUDICUM CONSTITUEND. MODIS. 507

mediate tamen successione vel electione gratia Dei constituti censentur, quod innuit titulus Von Gottes Gnaden Wir &c. Sic Serenissimus noster Elector Johann. Georg. II. cui^{21.} Deus vitam & pacem clementissime largiatur Supremus est Provinciae Judex & gerit Magistratum. Ist die hohe Churfürstl. Landes Obrigkeit und nächst Gott auff Erden in seinem Churfürstenthum der höchste Richter. 2. Cum verò ut Moysis exemplo^{22.} demonstravimus unus tot tantisque negotiis ferendis impar sit, ideoque ille, qui supremum Magistratum gerit vel Judicem hanc judicandi aliis concedere solet potestatem, & in partem consilii & administrationis Viros prudentes vocare, ita tamen, ut omnes hi mediati dicantur ad differentiam illius, à quo hanc jurisdictionem habent, vel cujus nomine illam exercent, qui solus dicitur Judex Supremus & immediatus, qualis est noster Potentissimus Elector in Electoratu suo, in quo tantum valet, quantum Imperator in Imperio. Et ut hanc rem ad oculum demonstramus: Omnis judicis^{23.} constituendi potestas in Electoratu nostro à Serenissimo Electore principaliter dependet. Vel n. 1. Judices ordinat & constituit, qui suo nomine jus dicant, quod fit in Senatu^{24.} Aulico & Supremo Appellationum judicio, Im Hoff-Rath und Churfürstl. Appellation-Bericht/ vel 2. ordinariam exercet Jurisdictionem in Curis Provincialibus, In dem Hoffgericht zu Leipzig und Wittenberg/ &c. quæ judicia omnem auctori-^{25.} tatem ab Electore habent, non tamen Serenissimi Electoris, sed Præsidis & Assessorum nomine sententiam ferunt. 3. Præter Judices in Senatu Aulico & Appellationum, nec non Curis^{26.} Provincialibus quoque Serenissimus Elector Judices constituit & ordinariam exercet Jurisdictionem in Præfecturis Electoratus Saxonici, In den Churfürstl. Aemptern. Qui Præfecti & Quæstores omnem, quam habent Jurisdictionem à Serenissimo habent & ejus nomine justitiam administrant in Præfecturis sibi concreditis. 4. Judices quoque Ecclesiastici^{27.} vel mixti fori, quam habent in Consistoriis omnem ab Electore Serenissimo habent, quorum tria sunt, Consistoria in
Electo-

- Electoratu Saxonix: Dresdense, Liphense & Wittebergense.
 Et hi judices, qui Justitiam administrant in Senatu Aulico,
 28. Supremo Appellationum Judicio, Curis Provincialibus nec
 non Consistoriis Ecclesiasticis, non immeritò pro judicibus
 & Magistratibus Superioribus habentur. Quibus 5. succe-
 29. dunt illi, qui ut mediati Judices, vel titulo oneroso loca-
 tionis & emtionis, vel Jure Feudi Jurisdictionem & judicandi
 potestatem à Supremo Electore habent. Uti sunt Vasalli,
 sive Schrifftfassen sive Amptfassen, sive civitates municipales &
 alix Universitates. Videri hac de re plura possunt apud
Carpzov. Proc. judicial. tit. 2. artic. 2. p. 101. Ab his tamen
 30. Judicibus, qui ab Electore Serenissimo dati sunt, ut vel ejus
 nomine judicent & jus dicant, vel suo proprio, dantur &
 alii, qui tamen vocantur extraordinarii seu irregulares, qua-
 les sunt Commissarii seu ad certam litem determinandam
 destinati. Vel 2. Arbitri à Judice dati, vel deniq; alii, qui-
 bus vel lege, vel consuetudine aliquâ competit Juris dicendi
 facultas. Et tantum de Personis, quæ Judices constituendi
 copiam habent, nec non judiciis constitutis Electoratus
 Saxonix. Quinam verò in Electoratu in specie judices cri-
 minales esse possint, dicemus circa qualitatem Judicum &
 competentiam. cap. 4.

CAPUT III.

De PERSONIS, quæ JUDICES
dari possunt, vel non.

SUMMARIA.

1. *Ad similitudinem Accusato-
rum & Reorum omnes Judi-
ces esse possunt, nisi lege, mo-
ribus vel natura prohibean-
tur.*
2. *Quum arduum sit judicandi
munus, ab eodem merito
repelluntur, qui nec pri-
vatis rebus præesse, nec publico
muneri præfici possunt.*
3. *Qui in causis civilibus judices
esse nequeunt, multo minus
in criminalibus, in quibus
non de stillicidio, sed sangvi-
ne luditur humano.*
4. *In tres classes redigi possunt,
qui*

qui Judices esse prohibentur, ut alii tales vel naturâ, vel lege, vel moribus.

5. Per rerum naturam inepti sunt ad judicandi munus mutus & surdus, furiosus & mente captus.
6. De cæco, num judicandi munere fungi queat varia recensentur Dd. & Interpp. opiniones.
7. Quum Judex Criminalis indicia quadam ex facie & vultu, aliisque actionibus externis Reorum desumere queat, haud facile de rebus Criminalibus cognitio committenda cæco.
8. Impuberes nullatenus judicis officio fungi possunt, nec defectus judicii hæc in re à Tutoribus suppleri potest.
9. Aliud tamen dicendum de Tutoribus pupillorum & impuberum illustrium.
10. Nec minores 25. annis de jure Civili, vel 21. de jure Saxonico regulariter judices dari possunt.
11. Quamvis & Minores dentur, qui his annis legalem sibi compararunt eruditionem & vel ad summum adspirent Jurispr. gradum, LL. tamen fe-

rende sunt non de rarioribus, sed frequentioribus casibus.

12. Juvenilibus annis ut plurimum lubricum inest judicium, quod non nisi vigore virili completo deprehenditur.

13. In dijudicandis litibus non tam alacritas & vigor ingenii, quam usus & experientia requiritur, quæ non nisi actuum frequentia & annorum successu comparatur.

14. De jure Civili Romano & inter ejusdem Interpretes hæc admodum dubia est, numne major 25. annis indistinctè, major verò 18. annis consensu proprio & litigantium ad judicandum admittendus.

15. Jure verò Canonico, quod moribus receptum est, & minor 25. annis indistinctè judex dari potest, modo 20. annum compleverit, major verò 18. annis, tum demum si litigantes in eum consentiant.

16. Minor tamen 18. annis ad judicandum præsertim in causis Criminalibus nullatenus admittendus.

17. Generaliter omnes persone ab officio judicis repelluntur, quæ sunt infames, vel de publico crimine damnati, qui sunt

T t t

juris



juris civilis incapaces, ut ex-communicati, banniti, deportati, servi, vel regulariter à muneribus virilibus arcentur, ut Fœmina.

18. *Quædam Personæ simpliciter, quædam secundum quid ab officio judicandi excluduntur.*

- Consequens est, ut nunc consideremus illas Personas, quænam Judices dari vel esse possint. Et quemadmodum in præcedenti dissertatione diximus, quod accusare vel accusari omnes illi possint in judicio criminali, qui non legibus, naturâ, vel consuetudine expressè prohibentur, ita quoque regulam hanc ad judicem applicamus, quod judices omnes dari & esse possint, nisi vel lege, vel naturâ, vel moribus ab officio judicandi repellantur. Uti enim arduum & in Republicâ summè necessarium est Judicis officium, ita colligitur ex
1. sana ratione tam naturali, quam Politica & civili, quod ii qui vel ob defectum mentis & judicii, vel teneram ætatem, vel aliam quandam causam rebus suis & privatis superesse nequeunt, multò minus officio judicandi publico admo-
vereri debeant: Et qui in causis civilibus ab eo arcentur, nul-
latenus ad judicandas causas criminales sint admittendi, qui-
bus non de tigno juncto, stillicidio, via, actu & itinere, qua-
drupede & pauperie vel aliis rebus & bonis fortunæ luditur, sed de sanguine & capite hominis controversitur. Quum
 2. ergò in tres classes potissimum à Jcto Paulo in *l. 12. §. non autem omnes ff. de judic.* sint coniecti illi, qui à munere judicandi repelluntur, dum alii & quidem primò impediuntur naturâ, 2. alii lege, 3. alii moribus, sequemur hunc ordinem.
 3. Ad primam classem omnes referimus, qui per ipsam rerum naturam ad illud judicandi munus sunt inepti & minus idonei, uti sunt mutus & surdus *l. 9. C. de judic. t. t. C. de sentent. ex peric. recitand. tot. tit. Inst. de O. J.* Furiosus & mente captus, *l. 1. ff. de R. J. l. 40. ff. de R. J.* Quod si durante officiò furere Judex cœperit, ab officio quidem non removetur quamdiu spes restitutionis adest, judicandi tamen necessitatem morbus fonticus remittit. *l. 46. ff. de judic.* quod secus est si furor
fit

fit diuturnus vel perpetuus. *l. ead.* De cæcis valdè sunt 6.
 discrepantes Dd. sententiæ. Quidam enim simpliciter illos
 admittunt, quòd nullâ lege expressâ repellantur. *argum. l. 12.*
ff. de judic. immò ab Ulpiano directo admittantur. *l. 6. ff. de*
jud. his verbis: *Cæcus judicandi officio fungitur*, cujus conces-
 sionis hanc dant rationem, quòd judicandi munus consiliò
 magis, quàm corpore expleatur *l. 2. §. Corporis d. vacat. mun.*
 Alii distinguunt inter causas, quòd ad certas causas nequeant
 cæci admitti tutò dirimendas, præsertim tales, in qui-
 bus oculorum ministerio opus est, seu ut vulgò loquun-
 tur, quæ requirunt ocularem inspectionem: quale est judi-
 cium finium regundorum, in cognitione super falso instru-
 mento & falsa scriptura, comparatione literarum & quæ sunt
 aliæ hisce similes causæ. Duarenus, Cujacius, *ad l. 6. ff. de ju-*
dic. Matth. Stephani de offic. Judic. lib. 1. cap. 5. num. 6. Alii 3.
 distinguunt inter Judicem dandum & datum, quòd cæcus
 Judex ad novum judicandi munus admoveri non debeat,
 datus autem ob cæcitatem removeri nequeat. Quòd innue-
 re illa videntur verba quæ leguntur *l. 1. §. 5. ff. de Postul.*
Quamvis autem cæcus pro alio postulare non possit, tamen & Sena-
torium ordinem retinet & judicandi officio fungetur. Et in seqq.
Numquid ergo (cæcus) & Magistratum gerere possit. Sed de hoc
deliberamus. Exstat quidem exemplum ejus, qui gessit. Appius
 quoq; Claudius cæcus consiliis publicis intererat & in senatu seve-
 rissimam dixit sententiam de Pyeri captivis: Sed melius est, ut
 dicamus retinere quidem jam captum Magistratum posse: adspi-
 rare autem ad novum penitus prohiberi. Et hoc argumento
 utuntur Dd. communiter, quòd ad Exemplum Magistratus
 cæcus quidem dari non possit, si tamen datus in cæcitatem
 incidat, retinere munus judicandi valeat. *Illico Ummius ad*
proc. judic. disp. 1. tb. 8. n. 47. Hodie illud minus dubii habere
 videtur, quando moribus nostris Magistratus omnes ut plu-
 rimum ipsi munere judicandi funguntur. Et sic facilè ad mu-
 nus judicandi perinde ut Magistratum novum cæcus non ad-
 mitti debeat. Quòd multò magis verum puto in iudice cri- 7.
 minali,

minali, in quo illud porro accedere videtur, quod illius quoq; officium in eo consistat, ut Reos examinet, & in confrontatione cum aliis ex vultu, consternatione animi, pallore vel rubore, aliisq; gestibus & sermonibus indicia colligat: ut tutius agatur, si in causis Criminalibus cœcus nec novus ad judicandum admittatur, nec datus retineatur, quamvis in consilium adhiberi possit, ita tamen, ut actus judicandi alteri committatur. Videtur nostræ esse sententiæ Rosbach. *in proc. Civil. tit. 4. u. 14.* Cœcus quidem non videtur à judicandi munere arcendus, at quum sæpe multa incidant, quæ judicium oculis subjici oportet, priusquam de iis cognoscat, haut cum hoc officio rectè fungi posse arbitror, in iis præsertim casibus, ubi ad spectus

8. *Judicis requiritur.* Hactenus Rosbach. Ad hanc priorem classem adhuc spectant Infantes & impuberes ob defectum judicii & tenerimam ætatem. *l. 12. ff. de judic. l. 2. ff. de R. I.* qui defectus judicii nec à Tutore suppleri potest, quamvis enim in aliis negotiis auctoritas Tutoris multum valeat, in hoc tamen munere, quod industriam personæ requirit, nihil operatur, & noluerunt prudenter Romani judicia ex aliena auctoritate & nutu pendere. *Judicis enim est sententiam dicere ex animi sententia. Briffon. lib. 7. de form. popul. Rom.*

9. Quod tamen fallere videtur in Tutoribus Illustrium personarum vel pupillorum, qui hæreditario jure ad imperium & summam potestatem evehuntur, uti in Regnis & Imperiis fit, quæ Superiorem non habent, nec non in Electoratibus & Ducatibus, in quibus Tutores eandem potestatem exercent,

10. ac si illi, qui pupilli sunt, majorenes essent. Sed quæritur, quid dicendum de minoribus 25. annis, vel de Jure Saxonico 21. num perinde ut impuberes & illi judicis officio fungi nequeant? Et quamvis hisce natura non videatur impedimento esse, quum dentur optimæ indoles, quæ maturius ad eruditionis quoq; Legalis perfectionem, immò ad summum in Jure Doctoralem gradum anhelant & aspirant, & exempla ad sint consignata, quod feliciter etiam Resp. in his annis à Minoribus sit administrata. Leges tamen ferendæ non sunt de

rario

rarioribus, sed frequentioribus casibus: hinc Romani contrarium introduxerunt & LL. suis caverunt, ne minores 25. annis ad munus judicandi admitterentur, moti procul dubio illis rationibus, quod in hac ætate lubricum sit hominum judicium nondum completo vigore virili, & in dijudicandis 12. litibus non tam ingenii alacritas & nobilitas indolis vel eruditio aliqua & cognitio requiratur, quam usus rerum, qui non nisi experienciã & annorum supervenientiã & actuum frequentia comparatur. Lis tamen inter Dd. & Interpretes 13. juris Romani maxima videtur esse. Numne minor tum demum 14. ad Judicis officium admitti debeat, si compleverit annum 25. quo dicitur vigor virilis inchoare. *l. 1. ff. de minoribus.* Vel numne post 20. annum indistinctè post 18. annum autem consensu litigantium admitti possit. Et jure quidem Civili videtur res admodum dubia, ansam enim Dd. dubitandi maximam dedit. *l. 75. ff. de re judicata* quæ ita habet: *Quæsitum est, an valeat sententia data à Judice minore 25. annis.* Et respondet Ulpianus æquisimum esse tueri sententiam ab eo dictam, nisi sit minor 18. annis. Quam legem nempe Dd. explicant de illo minore, qui datus est à Principe, vel inter partes consentientes. *Donellus lib. 17. Comment. c. 24.* quod inde quoq; probant, quod minor inter volentes volens judicare possit, si major sit 18. annis, cogi tamen nequeat. *l. 41. ff. de Recept. Matth. Steph. de offic. judic. lib. 2. cap. 5. n. 14.* Verum quid 15. quid difficultatis deprehendatur in text. juris civilis, de jure Canonico res expedita est, quod major 20. annis indistinctè, major 18. annis verò inter consentientes volens judicare valeat. *c. cum vigesimum X. de off. delegat.* quod jus Canonicum in hac parte moribus receptum asserit. *Vultejus tract. de judiciis lib. 1. cap. 4. num. 101.* Quod & de Jure Saxonico non videtur esse ambiguum, quoniam in eo à jure civili recessum, quod majorennis fiant tam masculi, quam foeminae completo anno 21. Minorem tamen 18. annis ad judicandum præsertim in Criminali causa & re magni momenti, quamvis non re- 16. pugnantibus litigatoribus non admitti debere, immò etiam-

si à Principe datus esset, communis est Dd. opinio. *Ummius ad Process. Judic. disput. 1. tb. 8. num. 46.* Præter minores 25. annis
 17. Lege quoq; prohibentur judicandi munus subire lege publi-
 cã damnati, infames, banniti &c. Et deniq; ut compendium
 faciamus verborum omnes ii, qui neq; ad munus subeundum
 publicum ob summam imperitiam (de qua etiam pluribus
 dicitur cap. 4. seqq. circa qualitates judicis) sunt idonei:
 neque aliàs etiam juris civilis capaces, ut servi, vel quæ re-
 gulariter à muneribus virilibus & publicis remota, ut Fœmi-
 nã. *l. 2. ff. de R. I.* Vide de hisce Personis, quæ generaliter ju-
 dicandi munus exercere prohibentur plura apud *Matth.*
Steph. tr. de offic. Judic. cap. 5. Ummium ad Process. Judiciar.
disput. 1. tb. 8. Vultej. tract. Judic. lib. 1. cap. 4. num. 85. & seqq.
Emeric. Rosbach. Proc. Juris Civ. tit. 4. De quibus Personis
 18. illud addimus, quod hæ, quas recensuimus, simpliciter &
 in omnibus causis Judices esse prohibeantur, quum verò ad-
 huc aliæ sint, quæ non in totum & simpliciter Judicare ne-
 queunt, sed secundum quid, vel propter suspicionem, vel
 incompetentiam fori, vel Jurisdictionem, quam habent limi-
 tatam & ad certas causas saltem restrictam, jam ordo postu-
 lat, ut de iis quoq; brevibus aliquid dicemus. Sit ergo

CAPUT IV.

DE QUALITATIBUS JUDICIS
 CRIMINALIS, ejusq; Competentia &
 Jurisdictione, Suspectiq; Recusatione.

SUMMARIA.

- | | |
|---|--|
| 1. Præter ea, quæ ad Judicem
Criminalem requiruntur, in-
super hoc est summè necessa-
rium, ut in eos, quorum de
criminibus queritur, possit
sententiam cum effectu fer-
re, id est, judex sit competens, | & criminalem quoq; habeat
Jurisdictionem. |
| 2. Judicis qualitates vel interne
sunt, quibus ratione sui ipsius,
vel externe, quibus in rela-
tione ad alios, vel personas,
vel causam consideratur. | |

3. Quæ

3. Qualitates Judicis Optimi in sacris literis vivis coloribus depicta inveniuntur. Deuter. 1. & Exod. 18.
4. Et sana ratio, & moralis & civilis doctrina postulat, ut Judex præter virtutes Morales & insigni judicandi prudentiâ polleat, quod valde periculosum sit & male merito & imperito judici judicandi munus committere.
5. In criminalibus causis illud tanto verius est, quanto majoris momenti est de sanguine & capite sententiam ferre, cujus damnum irreparabile.
6. Quum judicis sit secundum LL. & constitutiones judicare, judex non poterit vel debet esse Jurium ignarus, quod elegantissimis text. juris Romani probatur. Nov. 82. & l. 13. C. de sentent.
7. Juramento & jure Romano & moderno ad judicandi munus astringuntur, ut secundum jura jus dicant judices.
8. Sine diminutione Justitiæ fieri non potest, ut Judex secundum arbitrium & voluntatem sententiam ferat.
9. Contra Jura vel scripta vel non scripta, lata sententia Judicis ipso jure nulla est.
10. Regula quævis admittit suas exceptiones & hac in re.
11. Ratio quæ Imperiti Magistratus, non verò judices ap. Romanos esse potuerint.
12. Reges, Duces, Comites & Illustres Personæ, quæ jus dicunt mediantibus consiliariis Magistratibus, vel judicibus Inferioribus, jurium possunt esse imperiti: quamvis literæ ipsis sint maximo ornameto.
13. Nec perfectissima & universalis in Judice requiritur scientia juris, sed quæ Jurisdictioni ejus sit adæquata.
14. Mercatores, milites, artifices de illis rebus, quæ ad artem & professionem suam spectant, ut judicent, non male adhibentur.
15. In iis regnis & locis, quæ statutis & moribus reguntur, in judice istorum usus & observatio sufficit.
16. Imperitia quoque Judicis prudentiâ & legalitate Assessorum, Consiliariorum, Syndicorum suppleri potest.
17. Consilia & Responsa Prudentum, quæ à Scabinatibus & Collegiis Juridicis petuntur, Judices mirum in modum sublevant, ut peritos, ita maxime

- maximè imperitos, & in causis criminalibus iudices Constitut. Carolina ad illa necessitate quâdam remittuntur, ut secundum ea judicent.
18. In Electoratu Saxonia plerâq; sententia criminales feruntur in Scabinatu Lipsiensi & Wittebergensi, quum eaq; de causis criminalibus Wittebergensi, quam Lipsiensi sit concessa respondendi facultas.
19. 20. Altera qualitas, Competentia, Judicis in iudicio criminali summè est necessaria, ne Reus conventus exceptione fori declinatoria se tueri & iudicium eludere possit.
21. Hoc loco non de competente foro in genere, sed criminali saltem agitur.
22. In criminalibus quoq; causis Actor sequitur forum Rei.
23. 24. Reus communi jure quinque in civilibus, in Criminalibus verò tribus modis sortitur forum, vel ex loco domicilii, delicti, vel deprehensionis.
25. Reus non solum in loco domicilii si ibi deliquerit, sed & si alibi deliquerit, accusari potest.
26. Locus delicti adeo facit fo-
- rum competens, ut nec legatus domum revocare possit.
27. 28. De jure Remissionis delinquentium ad forum delicti, ejusq; juris varia rationes.
29. Abrogato jure remittendi locus etiam deprehensionis constituit forum competens.
30. Fallunt hæc, quæ dicta sunt, si quis fori habeat privilegium, vel delictum specialem iudicem requirat, vel si præventio iudicis adsit.
31. 32. Tertia qualitas Judicis est, ut habeat Jurisdictionem Criminalem vel Imperium.
33. Prout Magistratus sunt, vel Majores, vel Minores, ita diversam habent Jurisdictionem.
34. 35. Iudices & Magistratus Romani in urbe & Provinciis quinam habuerint Jurisdictionem criminalem.
36. 37. Mutatâ Reip. formâ alii hodie sunt Magistratus & Iudices.
38. Omnis Jurisdictio moribus nostris Germanis vel superior est Hohe- und Ober- Hals- Gerichte, vel inferior Erb- Nieder- Gerichte.
39. Quæ crimina ad superiorem vel inferiorem spectent Jurisdictionem remissivè.

40. Pra-

40. Præter omnia ea, quæ in
Judice requiruntur, illud
quoque necessarium est, ut non
suspectus sit in illa causa.

41. In criminali quoque causa or-
dinarius recusari potest Ju-
dex.

42. Recusatio Judicis suspecti non
prævio juramento, sed alle-
gatis justis causis fit.

43. Causæ, quæ suspectum red-
dunt, recensentur.

44. 45. Recusationis effectus &
forma.

Quum non sufficiat à parte judicis in judicio Criminali, 1.
ut vel proprio jure jurisdictionem exercere possit jure su-
perioritatis, vel legitimè sit constitutus ab eo, qui jus dandi
judices habet, nec etiam referatur inter eas personas, quæ vel
naturâ, vel lege, vel consuetudine judicare prohibentur, sed
ut in illa quoque causa, quæ coram eo ventilanda & dijudican-
da est, habeat Juris dicendi facultatem & insuper in Reum; qui
coram eo accusatur, de competentia & jurisdictione, nec non
postmodum de aliis qualitatibus illius paucis nobis est dis-
serendum. Videntur nempe Judicis qualitates in duplici esse 2.
differentia, quarum alias vocabimus internas, alias autem
externas. Ad illas spectare arbitramur prudentiam, & judi-
candi peritiam, quam sibi vel eruditione & legum cognitione,
vel usu & experientiâ comparavit. Has a. principales vo-
camus *Competentiam & Jurisdictionem*. Et illis Judices con-
siderantur ratione sui ipsius, his verò in relatione ad externum
aliquod objectum, vel Personam, quæ coram eo accusatur,
vel causam, quæ disceptatur. Quod ergo primum attinet, 3.
nempe qualitates judicis internas, non quemlibet ex fece
populi ad judicandi munus idoneum & admittendum esse sa-
cræ litteræ svadent. *Explorandi nempe* 1. Sunt & eligendi, vel
deligendi & seligendi è populo, id est, civibus optimis. 2.
Sint honestæ famæ & inculpata vitæ. 3. *Deum verentes & reveren-*
tes. 4. *Veritatis amantes & veraces in dictis & factis.* 5. *Avaritiæ*
& lucro non inhiantes. 6. *Alacris ingenii, viri fortes & sui fidu-*
ciam habentes, Deo quoque confidentes. 7. *Legum & divinarum & fo-*
rensiarum humanarum scientes & tenacissimi Observatores. 8. *Sa-*
pientes & prudentes. 9. *Personam nullius verentes.* Et quæ aliæ
centum virtutes sunt, quæ in sacro codice requiruntur à Ju-
dice. *Deuteron. 1. Exod. 18. de quibus locis à nobis dictum*
Uuu fuit,

fuit, capite primo circa num. 12. & seqq. & quas fidelissimè
 exequitur & recenset Matth. Steph. *d. Offic. Judic. lib. 1. cap. 9.*
 4. *per tot.* A quo juris divini præcepto non recedunt LL. huma-
 na & civiles. Quæ itidem præter virtutes morales, peritiam
 quoq; & eruditionem legalem in iudice requirunt, quod no-
 xium valdè sit in Rêp. & periculosum, si imperiti litterarum,
 & qui neque juris divini, neq; humani cognitione imbuti sunt,
 5. arduo judicandi muneri præficiantur: quod in Criminalibus
 causis tanto verius est, quanto majoris momenti est res & cau-
 sa, quæ à Iudice Criminali est decidenda, cujus nempe vitæ
 & sanguinis effusionis damnum merito censetur irreparabile.
 Hinc benè dixit, qui dixit: Ignorantia iudicis plerumq; est
 calamitas innocentis & detrimentum Reip. Et argumentamur
 6. rectè cum Imperatore Justiniano *in pr. Inst. d. offic. judic.* iudi-
 cem non aliter judicare debere, quam legibus (divinis vel hu-
 manis) constitutionibus vel moribus. A contrario nempe
 sensu judicare non debet, qui Legum, Constitutionum &
 morum est imperitus. *Matth. Steph. d. offic. judic. lib. 1. cap. 5.*
 Eleganter loquitur de Imperitia Iudicum Imperator Justinia-
 nus in *Novell. 82. in pr.* *Non existimavimus oportere habere ju-
 dicum quorundam nomina maxime NB. Legum ineruditorum,
 deinde neq; causarum habentium experimentum. Illi n. qui neq;
 cingulum habent, neq; nobis ministrant, nisi potuerint per se nosse
 quod justum est, sed aliunde emendicare judicandi honestatem,
 quomodo non maximum vitium erit Reip. non eis, qui ex se
 quod agendum sit sciunt, lites tradere, sed sinere eos querere alios
 à quibus liceat discere, quæ ipsos in iudicando eloqui decet.* Ejus-
 dem argumenti ex est 13. *C. d. sentent. & interlocution. omn. jud.*
 Omnes iudices nostros veritatem & Legum & justitiæ sequi vestigi-
 a sancimus quum non exemplis sed LL. sit judicandum. Accedit,
 7. quod non solum jure civili Romano, sed & moderno Germa-
 niæ usû receptissimo Iudices Sacramento obstringi debeant,
 se secundum LL. & jura facturos, vel secundum quod eis vi-
 tam fuerit justius & æquius. *l. 14. & authent. hodiè C. d. judic.*
 Quæ conscientiam verò, qui iudicem dat, illum admittet,
 vel qui admittitur ad judicandum præstabit juramentum, qui
 8. plane Legum & jurium est imperitus. Ut sanè non videatur
 sine

sine detrimento justitiæ judicium exerceri posse, si judex se-
 cundum arbitrium & voluntatem suam, non ad dispositionem
 Legum vel statutorum pronunciet, contra *l. 18. Vir bonus ff. d. judic. sol. l. si societatem 7. §. arbitrorum ff. pro socio l. 1. ff. d. arbit.* Et sententia ipsò nulla dicitur, quæ lata est contra
 leges & jura statutaria. *l. 13. C. d. sent. §. interlor l. 2. C. quando
 prov. non est necesse l. 40. ff. d. jud.* Ex quibus & longè aliis
 pluribus textibus & rationibus juris luce meridianâ clarius fit, re-
 gulariter ad arduum judicium munus tam in civilibus, (quam
 criminalibus causis neminem admittendum esse, tam
 de jure divino, quam humano, nisi Legum vel jurium, quod
 & verum est Jure Canon. *c. 1. dist. 61.*) secundum quæ judicare
 oportet, sit peritus. Quum tamen nulla regula sit tam firma,
 quæ non suas patiatur limitationes, ita quoq; ab hac, quam
 de literatis & peritis Judicibus dedimus, sæpissime recedi so-
 let. Limitatur ergo data regula potissimum seqq. casibus.
 1. De jure civili Romano Magistratus esse poterant jurium im-
 periti, non vero judices, ratio, quia Magistratus ipsi non ju-
 dicabant, neq; lites & controversias inter litigantes dirime-
 bant, sed judices dabant & constituebant ad judicandum, qui
 dicebantur pedanei. Quod tamen intelligendum est cõ
 Magistratibus Romanorum Majoribus, Dictatoribus,
 Consulibus, Prætoribusque. Quibus hodie comparan-
 tur illi, qui dignitatem magis habent, quam justitiæ ad-
 ministrationem, quam Consiliariis & aliis judicibus com-
 mittunt. Sic Reges & Principes, Comites & Barones &
 Nobiles quamvis vel proprio jure, vel jure Feudi judices &
 Magistratus sint supremi vel superiores, rarò tamen ipsi justiti-
 am in judiciis administrant, sed in partem administrationis
 consiliarios, præfectos, vel alios judices vocant, illisq; judi-
 candi munus committunt. De quibus sanè & verum esse pot-
 est, quod de majoribus Romanorum Magistratibus, quod in
 illis non tanta requiratur peritia & scientia juris, quanta in
 Consiliariis, præfectis vel etiam judicibus inferioribus, quo-
 rum ministerio in administranda justitia utuntur. Quamvis
 litteræ Principi & Illustribus Personis maximo sint ornamen-
 to. 2. Limitatur: quod non perfectissima & universalis jurium

Uuu 2

cogni-

cognitio in iudice sit necessaria, sed quæ adæquata sit iurisdictioni, quæ ei est concessa, & facultas iudici saltem vel ex per-
 14. rientiâ insit de illis rebus & causis sententiam ferendi, quæ
 coram illo ventilantur. Sic in milite rerum militarium, in iu-
 dice civili rerum civilium, in criminali rerum criminalium
 satis est cognitio. Et ita in benè constitutis Rebus publicis,
 in primis etiam Emporiis & Provinciis, in quibus commercia
 florent & mercaturæ, quam sapissimè mercatores in Senatum
 15. cooptari videmus, ut iudicent de rebus ad mercaturam perti-
 nentibus: Immo quibuslibet artificibus de rebus artificii sui
 quædam iudicandi potestas videtur esse relicta. *l. Magisteria*
C. d. iurisd. l. pen. C. d. iudic. l. fin. C. d. re milit. lib. 12. Vultejus
tr. de iudic. lib. 1. cap. 4. n. 128. 129. Et hoc fieri videmus inter-
 dum magno cum fructu Reip. ut exemplis demonstrari possent
 multarum civitatum Germaniæ, tam Imperialium & Libera-
 rum, quam aliarum amplissimarum, Reip. Argentoratensis,
 Hamburgensis, Brunsvicensis. Quæ subtilis & juris Roma-
 ni & universæ quoq; prudentiæ legalis notitia nec in iis re-
 gnis, & provinciis à iudicibus efflagitur, quæ moribus &
 16. statutis propriis utuntur, ut in Regno Daniæ iudici sat est co-
 gnitionem habere juris Daniæ des *Sohbuches*. In iis n. locis;
 quæ moribus reguntur, morum istorum & usq; observatio in
 Iudice sufficiens est. *Vult. ant. all. loc. n. 128. 4.* Limitatur re-
 gula: Si plures sint iudices vel Assessores habeant iudices illi-
 terati peritos, quorum consilio & ope benè iudicare secundum
 16. leges & jura possunt. *l. 2. ff. quod quisq; iur.* quâ ratione defectus
 scientiæ, qui est in iudice, peritiâ Assessorum suppleri potest.
 Quum nempe in maximâ copia hominum & penuria littera-
 torum ex necessitate in Rep. sapius iudices dandi sint illitte-
 rati, solent ut plurimum in civitatibus & Rebus publicis. Con-
 siliarii, Assessores, Syndici vel Secretarii adhiberi ad iusti-
 tiam secundum jura & LL. administrandam: ad quorum con-
 silia Iudices imperiti tamquam responsa & oracula con-
 fugere possunt in causis majoris momenti & præjudicii. Et
 hoc quod de Assessoribus diximus confirmat etiam Nov. 82.
 pr. his verbis: *Nostris n. administratoribus adsunt modis omni-*
bus etiam assessores, & ea, quæ LL. st in explicantes, & occupatio-
 nes

nes adimplentes eorum quoniam multi detenti curis, quas apud nos habent, merito judiciorum complent partem per suorum^{17.} praesentiam assessorum. 5. Nec minus hodiè imperitia judicum adjuvari & suppleri potest consiliis Collegiorum Juridicorum, Scabinatum vel Facultatum Juridicarum, à quibus quid juris sit, tam in civilibus causis quam Criminalibus edoceri possunt. Durch Einholung / Informat und Urtheil der Rechtsgelahrten aus denen Juristen Facultäten und Schöppenstühlen / uti ex formula apparet, quam annexere solent judices. Sprechen wir nach eingeholten / nach gehalten Rath der Rechtsgelarten von Recht. Quod praesertim in causis criminalibus ex Constitutione Carolina Judices Criminales facere jubentur articul. 219. & 189. Et in Electoratu Saxoniae omnes sententias Capitales in Scabinatibus Lipsiensi & Wittebergensi ferri quotidiana fori docet observantia. Quod n. pace Maximi^{18.} Viri Beati Carpozovii, Collegæ desideratissimi, fiat, solam hanc Scabinatui Lipsiensi de Jure in Criminalibus causis respondendi nostro Wittebergensi excluso non largimur, quum quotidie in hoc nostro Collegio & Scabinatu criminales sententias ferre à Serenissimo Electore vel Senatu Aulico jubeamur. Et tantum de qualitatibus Judicis internis. Praeter has qualitates^{19.} internas in relatione ad alios externa quaedam qualitas Judicis est COMPETENTIA Et hæc, ut judicium non frustraneum sit, summè necessaria est. Est verò Competentia^{20.} judicis qualitas, quâ dicitur in illos, qui litigant, praesertim habere Jurisdictionem. Nimirum ut legitimè in causæ cognitione & cum fructu procedi possit, non sufficit, ut judex sit legitimè constitutus vel proprio jure talis sit, nec non ut quoad cætera habilis sit ad judicandum, nec judicare prohibitus sed ut in illos quoq; jus dicere possit, qui coram eo conveniuntur, ne reus coram in competente giudice conventus exceptione fori declinatoria vel in competentia se tueri possit. Nolumus tamen hîc in latissimum campum descendere materiae de foro competente, nec latè è Practicorum & Jurium fontibus deducere, quomodo forum dicatur competens, &^{21.} quodnam dicatur tale jure communi vel singulari & privilegiato. Sed considerabimus solummodo Judicem^{22.} Competentem



tentem Criminalem. Regula autem de foro competente
 vulgaris est, quod Actor sequatur forum rei, quæ non solum
 in civilibus causis, sed & criminalibus obtinet *l. 5. C. d. Jurisd.
 omn. jud. Anton. Matthæi de criminib. ad tit. 13. lib. 48. cap. 5.*
 23. n. 3. Reus a. communi jure solet forum sortiri 5. modis. 1. ra-
 tione domicilii. 2. Contractus. 3. delicti. 4. reistæ. 5. Con-
 24. nexitatis causæ. *Struv. Synt. Jur. Exerc. 9. Th. 13.* Nos ex his
 duos ad nostrum judicium criminale applicamus, Domicilium
 & Delictum, quibus tamen tertium addimus locum in quo
 delinquens vel Reus deprehenditur *l. 1. C. ubi de crimine. l. 11.*
 25. *ff. d. custod. & exhibit. reor.* Quod competentiam ratione do-
 micilii attinet, dubium non est, quin forum competens ibi sit
 rei, ubi habitat, si & ibi deliquerit & deprehendatur quod
 & adeo verum Dd. & Criminalistæ adserunt, ut & judex domi-
 cilii contra eum licet extra locum domicilii deliquerit ad ac-
 cusationem partis procedere possit. *Coler. decis. 239. Struv.
 Synt. jur. & hodiè nulli dubitamus, quin Reus in foro domi-
 cilii accusari possit, quamvis sit alibi delictum commissum.*
 26. *Bened. Carpz. Pract. Crim. p. 3. qu. 110. n. 12.* Alterum forum
 sortitur Reus in loco ubi delictum perpetratum est, quod
 adeo expediti juris est, ut ne Legat9 quidem Romæ delinquens
 domum revocare possit, nec clarissimi Virorum præscriptio-
 ne fori uti *l. 24. §. 1. ff. d. jud. l. 1. ubi Senat. vcl. Clariss.* quod fo-
 27. rum delicti commissi tam strictè observarunt Romani, ut si
 Rei fortè alibi deprehensi fuerint, ad forum delicti remitti
 debuerint, ibiq; puniri & accusari. Quod jus remissionis vi-
 28. detur potissimum inniti seqq. rationibus. 1. quod certiores
 probationes in eo loco haberi possint, si judex de præsenti co-
 gnoscat. 2. quod magis faciat ad deterrendos alios, si in loco
 delicti puniantur facinorosi & majus solatium accedat hoc cri-
 mine læsis. 3. quod minoribus sumtibus tale judicium exerceri
 possit. *Petr. Theodor. Coll. Crim. disput. 4. Th. 3. lit. C.* Cæterum
 quum remissiones delinquentium in desuetudinem fere abi-
 erint Moribus nostris 3. forum competens est ibi, ubi delin-
 quentes reperiuntur & deprehenduntur. Et ita tribus modis
 29. competens dicitur quoq; Judex Criminalis 1. si reus accusetur
 coram

coram illo, qui in loco eo ubi degit habet Jurisdictionem, 2. si reus ibidem deliquerit, 3. si ibi fuerit deprehensus, quæ tñ. omnia fallunt, si delinquens certo sit privilegio munitus, vel 2. crimen tale sit, ut de eo cognoscere nequeat Judex, uti est crimen L. Majestatis, de quo solus Imperator cognoscit: vel si adsit præventio fori &c. *Vid. Carpz. pr. cr. p. 3. qv. 10. Petr. Theod. d. l. tb. 3. Anton. Matth. l. de crim. p. 657.* Tertia qualitas judicis ratione causæ, quæ ventilatur coram eo, est, ut habeat facultatē de illa cognoscendi vel Jurisdictionē Criminalem, & si publicū sit delictū, ut habeat merū imperiū, id est gladii potestātē ad animadvertēdos facinorosos. *l. 3. ff. de jurisd.* Uti extra-territoriū n. (id est Competentiā) jus dicenti impune nō paretur, ita quoq; idē est, si supra jurisdictionē suā velit jus dicere Judex. *l. ult. 20. ff. de jurisd.* quæ lex nō tantum de civilibus, sed & criminalibus causis exaudiēda est. Suo itaq; se modulo Judicē metiri oportet, ut nō judicare præsumat de criminibus, quorū cognitio ipsi nō est demā data nec à superiore vel legib9 & morib9 concessa. Et hic iterū ejusq; Provinciæ & Reip. status est considerandus. Prout n. alii Magistratus & Judices Majores, alii minores sunt, ita majorē & ampliorē, minorē & angustiorē habent jurisdictionē criminalem. In Rep. Romana certi erant ad crimina publica vindicanda constituti Magistratus, quorū alii Urbani erant, Provinciales alii. In Urbe Prætores Jurisdictionē habebāt civile & illi adjunctā modicā coërcitionē. Quibus duabus absolvitur mixtū imperiū *l. 3. mixtū est ff. de jurisd.* De criminibus a. judicabant Præfecti Urbi, tam illis quæ in Urbe, quàm in Italia intra centesimū lapidē cōmissa *l. 1. ff. de off. pref. Urbi.* & hi Præfecti criminib9 audiēdis totos dies insu-
 mebant: adhibitis in consilium Viris prudentibus. Plinius & Juvenalis, Anton. Matth. *de crim. tit. 13. l. 48. c. 5. n. 1.* In Provinciis merū imperiū erat Præsidi Provincie, Proconsulū, Præfectorū Prætorio, Præfecti Augustalis, Magistri militumq;. *l. 1. ff. de off. Procons. l. 1. ff. de off. Præs. prov. l. 1. ff. de off. pref. prat. l. 1. ff. de off. pref. Aug. &c.* Quilibet tñ. secundū modū & limites sibi concessæ Jurisdictionis. Ab his tñ. Romanorum Magistratibus mutatā Reip. formā hodiē nō argumentamur ad nostros. Omnis Jurisdictio hodie vel alta dicitur, vel Basia, id est vel superior, vel inferior, illa com-

illa cōplectitur merū & mixtū imperiū, Ober Gerichte/Peinliche Gerichte/hæc jurisdictionē de causis civilibus, quamvis & illa sine modica coërcitione expediri nequeat. Die Erb- und Unter-
 39. Gerichte. Quæ nā v. crimina vel ad altā, vel bassam jurisdictionē spectent in Electoratu nostro recenset *Carpz. pr. cr. p. 3. q. 109.* Cui & illud addendū est, quod jurisdictionē criminale nō habeant supremū Appellationis judiciū, Curia provinciales, &
 40. Consistoria Ecclesiastica. His enarratis judiciis qualitatib9 addimus & hanc coronidis loco, ut omni sit suspitione liber, id est, ut in illa causa, quæ ventilatur, non possit ut suspect9 recu-
 41. sari. In causa n. criminali præsertim singulare est, quod quoq; ordinari9 Judex recusari possit, cum alias tam jure civili, quàm Canonico regulariter saltē delegatus possit recusari. Quæ tn.
 42. recusatio judicis suspecti nō uti olim hodiè quoq; prævio juramēto fieri debet, sed sufficit, si à parte in primis, illo qui iudicio passatur seu Reo justæ recusationis causæ vel suspitionis allegentur & probentur. Quales præcipuè hæc sunt, si Judex ipse sit
 43. delicti complex cum nemo in propria causa, si ipsi jus dicere possit, si vel inimicitia vel amicitia maxima intercedat inter litigantes & judicē, si in eādē causa criminali fuerit Advocat9 vel Procurator, si Judex pecunia vel sordibus corruptus probari possit. Et quæ aliis hisce sunt similes vel majores. Cujus recusationis hic effectus est, quod quamvis Judex in aliis, in hac tn. causa nullā habeat Jurisdictionem, & quamvis sententiā in illa causa ferat, pro nulla tn. habeatur. De forma v. proponen-
 44. dæ recusationis & Judice, coram quo proponi debeat vid. in-
 45. pr. Practicorum libros. *Marant. Specul. aur. l. 4. d. 5. Mynsing. 3. obs. 66. Zanger. de Exc. p. 1. c. 4. Farinac. lib. 1. consil. 17. Tessauro. decis. Pedemont. 6. Hart. Hartm. pract. observ. tit. 1. observ. 11. Mascard. de probat. conf. 953. n. 9. Matth. Steph. de off. Jud. l. 1. c. 6. Rosbach. proc. jur. civ. tit. 3. Wurms. observ. 5. tit. de jud. Vult. de jud. lib. 1. c. 4. n. 179. & seqq.* Et hæc sunt, quæ breviter pro instituti ratione de Judice Criminali dicenda fuerunt, de cujus officio in seqq. circa materiam de inquisitione, pœnarū inflictione & moderatione pluribus dicetur. **SUPREMO JUDICI & VINDICI SIT GLORIA IN ALTISSIMIS.**

AB: 153595


X2617270

R

Vb 17







Q. D. B. V.
COLLEGII CRIMINALIS PUBLICI
DISSERTATIO OCTAVA

De
JUDICE CRIMI-
NALI, EJUSQ; NECESSITATE,
CONSTITUTIONE, COMPETENTIA,
JURISDICTIONE, QUALITATIBUS ET
SUSPECTI RECUSATIONE,

Quam
Consensu Magnifici ac Nobilissimi Jctorum Ordinis,
PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO, AMPLISSIMO
atq; EXCELLENTISSIMO

DN. WERNERO THEODORO MARTINI,
Jcto & Antecessore in hac alma Leucorea Celeberrimo,
Potentissimi ac Serenissimi Electoris Saxonæ Consiliario
Splendidissimo, Curia Electoralis, Consistorii Ecelesiastici,
Nec non Judicii Ducalis quod in inferioris Lusatia
Marchionatu est, Assessore Gravissimo,

DN Patrono, Præceptore studiorumq; suorum Promotore
obsequiosissimo honoris cultu atatem prosequendo de venerando

Publicæ Eruditorum sistit collationi
CHRISTIANUS HARTMANNUS LEDERERUS,

Witteberg. Saxo.

In Auditorio Juris Consultorum,

Ad diem VIII. August.

Wittebergæ, LITERIS WENDIANIS, 1668.

